

UM
RUM
E
EINZIA
UM



V I R I
DIVITIARUM
EVANGELICARUM
FESTIVALIUM

Disquisitio IV

PRÆSIDE

CHRISTIANO GUEINZIO

Gymnasii Hallensis

Rectore

Respondente

MARTINO STEINBACHIO

Annæbergâ-Misn.

IN FESTO JOHANNIS EVANG.

A. O. R. cl. l. c. III.

HALLIS SAXONUM

Prelo Hæredum Melchioris

Oelschlegell.

V I R I S.

*Reverenda Pietate, præstanti Virtute, &
eximia Literarum cognitione conspicuis,
pariter & Amplissimis, omni honoris
& observantia magmento pro-
sequendis*

DN. CHILIANO REBENTROSTIO,
Pastori Annæbergens. Primario, Doctiss.
Vigilantissimo, Confessionario olim suo
& Meccenati omni honoris maxime
colendo.

DN. CHRISTOPHORO PÄZOLDIO,
Amplissimi Senatus Annæmontani Con-
suli meritissimo, Fautori ac Promotori
suo nunquam non devenerando.

DN. DANIELI EMMERLINGIO.
Pastori ac Diacono Annæbergensium di-
gnissimo, vigilantissimo, Affini suo loco
Parentis honorando.

DN. M. JOHANNI FRENZELIO,
Patrono ac Conterraneo suo indefesso
honoris cultu prosequendo.

DN. MICHAELI THALMANNO,
rei Militaris ac Liberalium Artium expe-
rientissimo, Affini suo honoris & obse-
quentiæ studio æternum mactando.

hæc primitias disputatorias

dedicat & consecrat

Respondens.



ANALYSIS
EVANGELII
IN FESTO JOHANNIS
EVANGELISTÆ.

Joh. 1. à v. 1. usq, ad v. 24.

ANTELOGIUM.



Verba Esaie c. 9. v. 6. *Puer natus est nobis & filius datus est nobis, proponunt non solum mysteriam duarum naturarum personatiter unitarum in Christo, sed etiam efficacissimum solatium, cum datus sit nobis; siquidem si DEVS nobis filium suum dedit, habet Paulus Rom. 8, 32. quidni etiam cum illo nobis omnia daret, ut qui omne est? Sirac. 43, 29. Etiam vita aterna est ea; & idem omnia in omnibus. 1. Cor. 15, 28. Id quod uberius in exordio Evangelij sui Johannes, cuius festi-*
F vita.

vitatem solenniter in totâ Ecclesia hodie celebramus & in plerisq; locis explicari hunc textum cognoscimus, proponit.

THESIS I.

In quo agitur partim sigillatim de divina, quod sit verus Deus. Idque probatur partim rationibus desumptis ab intra per assertionem distinctam, v. i. In quo de existentia, quoad terminum: In principio, *Per quod non Pater intelligitur*, uti Augustinus voluit, *quamvis vera foret explicatio secundum fidei analogiam, tamen inconueniens est secundum Evangelistæ διάνοιαν; quia in sequente versu distinctè Patrem & Filium ponit. Neq; intelligitur predicationis initium: quia textus loquitur de eo, in quo λόγος ante Iohannem fuit. Predicatio autem subsequuta est. Et 2. quia de eo loquitur, qui Deus est. Vnde & λόγος dicitur ἀρχὸν & ἀναρχὸν apud Nonnum; Sed de Principio creationis, sive de initio temporis, uti ex subsequentibus patet, quippe non tam λέξις, quam φράσις attendenda.*

2. Et quoad modum, ratione prædicati: *Ideoq; non incepit primum, sed ait: ubi principium erat. Vnde Hilarius lib. 2. de*

de

de Trinit. *Quid est istud in principio erat? transeunt tempora, transeunt secula, tolluntur atates, pone aliquid quod voles tua opinione principium, non tenes tempora, erat enim. Et Basilius: Si in principio erat, colligit, quando non erat? Ponitque tempus inde terminatum, quo aeternam ejus durationem ostendit. Nec dixit: Fuit, quasi nunc esse desierit, sed quasi jam tum & semper erat, & manebat. Ut discamus utique filium Dei aeternum, quia ante principium nihil fuit nisi aeternitas, sicut in Scriptura describitur Joh. 15. 8. Eph. 1. 4. 2. Timoth. 1. 1. Egressus ejus à dierum aeternitate, Mich. 5. 2. Antequam esset mundus. Hebr. 13. 8.*

3. Et ratione subjecti: Verbum. Per quod ipse Filius Dei denotatur, secundum INTRA, quia ubi λόγος concipitur, ibi etiam iste ab aeterno genitus; secundum EXTRA, quia per hoc dicendo omnia creavit, Gen. 1. 2. Ps. 33. 6. Unde etiam promissus. In Chaldaismo vocabatur Meimar, quemadmodum Thargum habet Chaldaicum, Gen. 3. 8. Psalm. 110. 1. Es. 45. 17. Fuit enim illa vox tum temporis usitata, propterea usurpare voluit. Et propter voluntatis divinae revelationem, cum voluntatem nobis ex sinu Patris ma-

F 2

nife-

nifestaverit. Propterea etiam verbum melius est quam sermo: Filius Dei enim unicum Individuum est, & quia vocabulum nō de predicatione est intelligendum, uti factum, sed de hypostatica essentia ratione. Et cum addatur articulus, facile intelligitur vox Evangelistæ non de verbo vulgari, sed planè singulari, uti Joh. 1, 1. Apoc. 19, 13. etiam denotatur, capiendâ.

4. De Præsentia; respectu personæ, quoad subsistentiam: Et Verbum erat apud Deum. Nempe apud Patrem tanquam persona verè existens, & à Patre distincta. Quia apud denotat relationem ad aliud. Unde & Theophylactus illud πρὸς per οὐν interpretatur. At qui apud Deum nihil erat ab initio, quā ipse Deus. Verum hoc Verbum fuit ab initio apud Deum. Ergo est verus Deus. Et tamen cum apud ipsum fuerit distincta persona, ratione scil. æternæ generationis, ratione distinctionis, & ratione essentialis communionis dicitur. Unde magis perspicuè apud ipsam quàm in ipso, cum etiam apud Deum Sapientia & alia proprietates, quæ tamen non sunt distincta persone. Ut discamus Trinitatem in unitate.

5. Respectu naturæ, quoad prædicatum: Et Deus erat. Evangelistæ enim

eò tendit, quò probet esse Deum. Quid verò aliud erit quod ante omnem creaturam apud Deum quàm Deus? Licet enim vox DEUS sine articulo ponatur, tamen significat verum Deum, uti videre est. Joh. 1. 6. & 12, 23, 18. Rom. 1, 7. Vnde Faber Stapulensis: Quando vox Dei ponitur cum articulo, accipitur ὁ θεὸς ἡλικῶς, quando sine articulo sumitur ὁ θεὸς ἡλικῶς plerunq̄, uti videre est in hoc ipso versu.

6. Subjectum: Verbum. Quod erat in principio; quod erat apud Deum, illud erat etiam Deus. Verbum enim subjectum esse, patet etiam ex articulo. Ut discamus ipsius Filij Dei Divinitatem.

7. Conjunctim per repetitionem. v. 2. In quo asseveratio, quoad essentiam: Et erat in principio. Id quod repetit propter majorem textus claritatem. Ut ostendat, particulam istam, In principio, quoq̄ addendam esse reliquis clausulis.

8. Et determinatio, quoad personam: Apud Deum. Quo probat ipsum ab eterno fuisse, & Deum fuisse, & tamen apud eundem, ut coeterna & coessentialis persona. Neque tamen repetitio ista frustra est; sed propter confirmandam veritatem, ut monet Paulus: se ea-

dem scribere, licet non eodem modo. Phil 3, 16
 Vti & Christus id ipsum demonstravit tum
 dicto; quando Joh. 17, 5. apud memetipsum bis
 repetit, non tautologicè, sed emphaticè, dum
 prius denotat exaltationem & glorificationem
 secundum gratiam, posterius secundum natu-
 ram, tum factò, quia in Historia Evangeli-
 starum quinquies discipulis suis de Passione
 morte & Resurrectione sua concionatus est.

9. Ab extra, respectu creaturarum,
 in genere: quoad creationem. v. 3. In quo
 ἡγεμονία quoad subjectum: Omnia. h. e. to-
 tus mundus, & omnia, quae mundi continentur
 machina, uti & habetur Pl. 22, 6. Col. 1, 16.

10. Quoad prædicatum, respectu cau-
 sæ: per ipsum. Vbi per non denotat instru-
 mentum, quemadmodum ita usurpatur 1 Cor.
 1, 9. Rom. 6, 4. Sed est peculiaris character
 secunda personæ Trinitatis. Eph. 3, 9. 1. Cor.
 8, 6. Col. 1, 16. Heb. 1, 4. Alias Creatio ei
 tribuitur etiam directè Pl. 102, 26. Id quod
 Heb. 1-10. applicatur ad Christum: Es. 45, 6.
 id quod Rom. 14, 12. Phil. 2, 10. itidem ad
 Christum applicatur, & omnia ἐποίησεν facit
 Joh. 5, 9.

11. Quoad effectum: facta sunt. Hoc
 est creata & condita, uti & testatur Moyses,
 dum

dum in descriptione operis singulis Hexaemeri diebus producti repetit. Dixit Deus, Gen. 1, 3. Quod dixit, hoc Verbum denotat, ut Pl. 33, 6. Spiritus S. explicat. Et Salomon etiam introducit Sapientiam, hoc est verbum ὑποστατικόν, verbum de Divinitate loquens. Sap. 19, 1. Quando constituebam fundamenta terra, & non artifex cum illo? Paulus etiam emphaticè exprimit, Col. 1, 15. & seq. Et quamvis dicatur principium creaturae Dei, Apoc. 3, 14. non materiale intelligendum est, sed effectivum. Et distinguendum inter πρῶτόκτιστον, seu primò creatum, & inter πρῶτότοκον seu primogenitum, uti apud Paulum Col. 1, 15. vocatur, quod sit genitus ante omnes creaturas, sicut v. 16. Propterea dicitur per ipsum facta sunt omnia, Prov. 8, 22. Dicitur ἔκτισε, sed ἔκτισε, cum in Hebraeo sit Kanan, Dominus possedit, seu acquisivit me:

12. Et ἀπὸ νηλικῶς, simpliciter: Et sine ipso factum est nihil. Ne quis putaret quaedam opera ab eò esse producta, addit hanc clausulam, uti etiam ita explicat Augustinus lib. contra Manichæos c. 25. quum expresse dicatur ἄδὲ ἐν. ne unum quidem.

13. Et limitatè: quod factum est.

F 4

Quod

Quod sumitur tum inclusivè: dum includuntur omnes creaturae, tam visibiles, quam invisibiles, quemadmodum habetur 1. Cor. 12, 6. Tum exclusivè, quia excluditur tum nobilissimum Ens, uti Deus est, quod ἀγέννητον, tum ignobilissimum, quod per lapsum Protoplastorum introductum malum cum culpa, tum poenae Rom, 5, 12. 1. Joh. 2, 16. Est enim potius defectus quam effectus; non à causa positiva, sed à causa privativa ortum: unde dicuntur παρὰ γενέσεως. Vt discamus, ipsum verum esse Deum, dum per ipsum omnia sunt condita.

14. Respectu conservationis, in specie hominis, quoad statum ante lapsum, & quoad vivificationem v. 4. In quo partim affectio: in ipsa vita erat. Sicut enim per verbum initio omnia creata sunt. Ita quoque homo conditus, ut esset creatura vivens, habet quoque spiramentum vitae, Gen. 2, 6. non tantum sed & imaginem DEI. Gen. 1, 26. Dicitur quoque vita non modo naturalis, sed & spiritualis, quae in ipso Verbo erat, non formaliter, sed originaliter, virtualiter & eminenter, ἐνεργητικῶς, non παθητικῶς, consistebat quoque in ἐπιταξία & ἀνδοξία.

15. Et declaratio: Et vita erat lux hominum. Quia enim uti vita, ita quoque lux.

lux, qua à vita fuit. Lux autem dicitur rati-
 one sui, quia ipse est lux essentialis 1. Joh. 1, 1.
 Ut qui hominibus perfectum dedit in mente
 scientiam naturalem & spirituales. Etiam
 in statu corruptionis, dum lux manet adhuc,
 dum omnia exhilarat, Pl. 41, 8. A lapsu pre-
 servat, Pl. 118, 13. Viam monstrat Joh.
 14, 6. Pl. 23, 4. Ut discamus, esse itidem
 luminaria parva circa magnum, lumen tribu-
 entia, uti loquitur Chrysostomus.

16. Quoad statum post lapsum, vel
 tempore V. T. quoad illuminationem v. s.
 In quo respectu Verbi seu Filii Dei, quoad
 effectum ubi simpliciter: Lux. Hoc est
 Verbum hypostaticum illud, quod Lux, qua
 creator, dum creavit lucem, Gen. 1, 3. & quæ
 Redemptor, humani generis instaurator. Est
 enim lux mundi Joh. 8, 12. Lux gentium Es.
 49, 6. unde Ambrosius inquit: Christus na-
 tura se ostendit hominibus lucem. Sol iustitia
 Malach. 4, 2. Oriens ex alto. Luc. 1, 78.

17. Prædicatum: Lucet. Tum immedi-
 atè, dum in Protoplastis nostris doctrinam &
 voluntatem suam patefecit Joh. 1, 18. Tum
 mediatè, dum per Prophetas voluntatem suam
 annuntiavit. Quoties enim Verbum Dei,
 Es adhuc

adhunc vel illum factum legimus, toties illud ei est attribuendum, quia Deus per verbum Patribus & Prophetis locutus.

18. Limitatè : in tenebris. Hoc est in hoc mundo, inter homines peccatis excæcatos. Postquam enim primi parentes per lapsum se à Deo creatore averterunt, ipsi & omnes posteri inciderunt in tenebras mentis per propriam malitiam Joh. 4. 15. Cordis, per opera mala, Rom. 15. 12. in tenebras afflictionis, per miserias Thren. 3. 2. in tenebras mortis & damnationum Matth. 22. 13. Rom. 5. 12. Ideoq; luxit statim post lapsum, & etiamnum lucet. Ioh. 8. 12.

19. Respectu hominis : Et tenebræ non apprehenderunt eam. Tanta enim est cæcitas, ut per se homines non possint, quemadmodum tenebræ seipsas illuminare nequeunt, sed propellunt Ioh. 1. 19. Vt discamus nostram impotentiam Eph. 2. 1. & cæcitatem 1. Corinth. 2. 14.

20. Respectu N. T. ubi probationes à testimonio, quoad præcursoris officium absolutè respectu locutionis v. 6. In quo ejusdem designatio, respectu subiecti : Erat homo. Ubi indefinitò ponitur ut denotetur, quod non sit Messias, quemadmodum

75

modum discipuli Johannis & totus populus fide-
daicus opinabatur. Luc. 3, 15. Unde non dici-
tur fuit, sed ἐγένετο factus est homo. Christus
quidem etiam homo verus, sed non merus.

21. Et prædicatum: Missus à Deo. Non
enim venit à seipso & in nomine suo; sed tan-
quam legatus Dei, uti illud probatur ex pro-
pheticis prædictionibus. Es. 40, 3. quem locum
ad Johannem applicat Evangelista Matthæus
c. 3, 3. Et ipse provocat Ioh. 1, 3. Tum Malach.
4, 1. Quem locum Christus ipse accommodat
ad Iohannem Matth. 11, 9. Et deniq; Malach.
4, 5. Quem locum Angelus applicat. Luc. 1, 16.
Et ex immediata vocatione Luc. 3, 2. Sicut
Baptismus vocatur Dei consilium Luc. 7. Ve
& ex miraculorum confirmatione, qualia qui-
dem ipse non fecit Ioh. 10, 41. tamen major
Propheta appellatur Luc. 7, 27. Multa etiam
circa ipsum contigere miracula: ut 1. Vaticini-
um Esaiæ & Malachia, 2. Ex genere Sacer-
dotali 3. ex effœtis natus. 4. Ex sterilibus, 5.
omnia de eo ab Angelo prædicta. 6. Zacharias
parens obmutuit 7. usum lingua in nativitate
recepit 8. Mater nomen prædixit, 9. Zacharias
prophetat. Hinc inquit August. tract. 2. in
Ioh. Est enim ut per ejus testimonium ab ho-
mine inveniatur plusquam homo.

22. Et

22. Et appellatio: Cui nomen Iohannes
 Quod exprimit ut ab eo latius mentem expli-
 set, de qua persona loquatur, videlicet de Za-
 charia filio, quod nomen parentes ipsi imposi-
 ere, non proprio arbitrio, sed per Angelum,
 ipsi fuit daturus, cum annuntiaretur ipsius con-
 ceptio. Luc. 1, 13. Nomen tamen Iohannis non
 accipitur κοινως, sed προσωως, Non vulgari,
 sed ratione singulari: qualis fuit ratione tituli
 Luc. 1, 13. ratione exercitii, quia gratiam monstra-
 vit Ioh. 1, 37. & Ioh. 5, 35. Ve discamus homines
 quidem esse Doctores & ministros Ecclesiae sed mis-
 sos à Deo, ut eius sint oeconomici 1. Cor. 4, 1. Chri-
 sti legati 2. Cor. 6, 7. Non ergo currentes Ier. 23,
 21. sed gratiosi esse debent 1. Thessal. 2, 11.

23. Respectu administrationis v. 7. In
 quo partim causa finalis proxima: Hic ve-
 nit ad testificandum de luce. Hoc est ut te-
 staretur tanquam Propheta de Christo, tan-
 quam de homine. Non quidem de exhiben-
 do & futuro, sed iam incarnato. Quia enim
 filius Dei sic erat homo, ut non solus, sed &
 Deus, ita & ille, qui missus, est magnus homo,
 qui natus ex genere sacerdotali, & Parentibus
 effœtis & sterilibus non sine miraculo, ita Chri-
 stum monstravit, & Legis & Prophetarum,
 finem ostendit, quod nimirum omnia vaticinia
 ad Christum sunt directæ, Math. 11, 13. Ut
 di-

discamus sic administrandum esse nostrum officium: ut testemur de luce & non de tenebris.

24. Et causa finalis, remota, quoad alios: ut omnes crederent per ipsum. *Id est, ut suo ministerio omnes ad agnitionem Christi pervenirent. Neque enim officium eius, fuit particulare sed universale, uti respectu judaeorum, ita etiam respectu gentium, quia doctrina Iohannis etiam inter gentes sonat dum agnus Dei monstratur inter eas Ioh. 1, 37. Luc. 3, 3. 6. Per ipsum verò, Sicut Syrus reddidit, Id est per manum sive ministerium eius: siquidem ministerium eius est de reconciliationis Dei & hominum merito. 1. Cor. 3, 5. Voluit enim Deus hominibus uti, propter infirmitatem nostram, propter certitudinem, propter obedientiam nostram probationem interim tamen discendum, quod non in ipsum, nec in ipso, sed per ipsum homines credere debuerint.*

25. Comparatè, quoad differentiam, v. 8. In quo per remotionem: Non erat ille lux illa, Sed tantum lucerna sive *λυχνός* Ioh. 5, 35. Erat Phosphorus precedens solem iustitiae.

26. Per assertionem: sed ut testaretur de luce. Eratque Iohannes, uti loquitur Bernardus, evidens lux in se ipso.

27. Tam Christi beneficium absolutè, è quomodo ipse se gesserit, per illuminationem v. 9. In quo descriptio: Erat lux illa, lux
vera

vera. Ubi in eo bis repetitur articulus, ut significetur Messiam in V. T. promistum, in N. T. exhibitum esse veram illam & singularem lucem, dum $\omega\epsilon\phi\eta\lambda\upsilon\kappa\omega\varsigma$ lux illa magna, de qua Propheta vaticinati sunt, Es. 9, 2. Es. 6, 1. Nam quamvis credentes sint lux in Domino Matth. 5, 8. Filii lucis Apostoli Matth. 7, 15. Angeli flamma ignis, Pl. 103, 4. tamen dependent & participant; Christus verò est lux illa vera, spiritualis, aeterna, divina, quæ nulla nocte absimitur, quæ nulla umbra obvelatur, ait Augustinus.

28. Et operatio, in objecti universalis denominatione: quæ illuminat omnem hominem. Respectu divina ordinationis, quæ offert verbum Evangelii, quod est ordinarium illuminationis medium omnibus hominibus, Matth. 4, 16. Est enim lux totius mundi, Ioh. 8, 12. Et per incarnationem dum gratia Dei illuxit omnibus, Tit. 2, 11.

29. Et in determinatione: venientem in hunc mundum. Hoc est nascentem naturaliter, uti Ioh. 8, 12. explicatur. Per se enim nascimur in tenebris, imò sumus ipsa tenebra per nos metipsos, & ambulamus in tenebris. Es. 9, 1. Sed Christus illuminat nos I. Tim. 1, 10. Ut discamus sine Christo neminem illuminari.

30. Et quomodo homines sese erga ipsum
quoad

gesserint excipiendo, respectu impiorum, quoad ingratitude in genere est ignorantio v. 10. In quo præmittendum de Christo quoad præsentiam: In mundo erat. Non intelligendum est hoc de nudo incolatu à *Ἰσπανίας*, uti homines solent esse in hoc mundo, sed *Ἰεραίων* de præsentia, tum generali, quæ totum mundum, & omnia quæ in mundo sunt, adimplet Jerem. 23, 24. Neq; est longè ab unoquoq; Act. 17, 27. est Deus è vicino & non è longinquo Ier. 23, 23. Etiam per potentiam immensam Luc. 17, 24. videatur August. tract. 2. in Ioh. ne putes, quia sic erat in mundo est terra, cælum; in mundo est Sol & Luna. Non sic in mundo erat, sed quomodo erat in mundo? Vt artifex regens mundum: ita per suam divinam essentiam fuit, etiam per assumptam humanam carnem: Deus enim invisibilis in carne manifestus 1. Tim. 3, 16. Phil. 2, 8:

31. Et efficientiam: Mundus per ipsum factus. Id quod repetit, ut ostendat, quomodo Messias fuerit in mundo, non ut creatura, sed ut Deus, ut conditor, conservator & gubernator. Neq; enim Deus post peractum opus ab officio suo discessit, sed illud adhuc hodiè conservat, Iob. 5, 17. Coloss. 1, 17. Heb. 1, 13.

32. Respectu hominum, quoad ipsorum cæcitatem: Et mundus eum non cognovit.

Id

Id est impij & mali homines, uti usurpatur vox mundi, Iob. 15, 19. 1. Ioh. 2, 15. Non cognovit autem non tantum Ἰσραηλιτῶς, quia immundus 1. Cor. 1, 21. sed & πρᾶξι μωσ, quia & dilexit magis tenebras quam lucem Ioh. 3, 19. Nec Deum glorificavit Rom. 1, 21. Vos quidem cognovit dominum suum, conqueritur DEUS Es. 1, 3. sed populus meus non itidem.

33. Et hospitatio v. 11. Ubi iterum Christi adventus: In propria venit. Hoc est primo in mundum 1. Tim. 1, 25. & precipue inter Iudeos tanquam ad populum peculiarem & proprium à Deo electum; tanquam ad proprias oves Matth. 15, 24. qui vocati propter electionem in peculium. Dent. 7, 6. Ps. 147. 19. & propter fœderis erectionem Gen. 17, 6. propter promissionem Gen. 28, 13. Unde & Messias dicitur minister circumcisionis. Rom. 15, 8. Ps. 76, 2. Es. 10, 9. Venit verò per nativitatem, quia Bethlehemi natus. Matth. 2, 5. Mich. 5, 2. per visibilem conversationem Phil. 2, 7. stetit in illorum medio Ioh. 1, 26. & per predicationem ex Matth. 15, 24.

34. Et Iudæorum contemptus: Sui eum non receperunt. Dum non pro Messia agnoverunt, vel cognoscere voluerunt. Non quidem quod nemo: siquidem ipsum receperunt pasto-

res Luc. 2, 8. Simeon, & Hanna Luc. 2, 26. Et
discipuli plerique. Vt discamus gentis Judai-
ca maximam ingratitude, dum prater cœ-
citatem innatam, etiam affectata fuerit, Joh.
3, 39. & Matth. 23, 33. Act. 13, 46.

35. Comparatè respectu piorum, ubi ali-
quorum adoptio v. 12. in quo objectum:
Quotquot autem receperunt. Ne quis cogi-
taret, nullum planè Verbum illud incarnatum
Messiam recepisse; ideoq; addit: quotquot re-
ceperunt per veram fidem, uti habetur in seqq.
cum dicatur, aliquos credidisse tamen in ipsū.

36. Et effectum, in genere: Dedit eis pote-
statem filios Dei fieri. Hoc est dedit eis emi-
nentiam & excellentiam, uti Cyrillus inter-
pretatus, consequi, ex Rom. 13, 1. & Matth. 7,
29. Quod sint heredes Dei. & cohæredes Chri-
sti Rom. 8, 17. Vt discamus magnitudinem
beneficiorum divinatorum 1. Joh. 3, 1.

37. Et in specie: Omnes, qui credunt in
nomen ipsius. In V. T. tantum erat Judeo-
rum adoptio Exod. 4, 22. Rom. 9, 4. Sed in
N. T. omnes adoptantur Gal. 3, 26. Col. 3, 11.
Ut discamus & gratulemur nobis de adoptione,
quæ donum divinum maximum, juxta Gre-
gorium. Et summum bonum, juxta Nyssenum
Unde Cyprianus ait: Christus Dei Filius ho-
minis,

ominis filius esse voluit, ut nos filios Dei faceret.
Et Athanasius orat. 5. contra Arian. DEUS
factus est homo, ut nos in se ipso deificaret.

38. Et regeneratio v. 13. In quo subjectum
per remotionem conjunctim: Qui non ex
sanguinibus. Notandum, dicit Evangelista
non in singulari numero *μὴν ἀδικῶν*, sed *τῶν
ἀδικῶν*, ut denotet Judaeorum jaectantiam;
de triplici nativitate, carnati, dum longo or-
dine Genealogias suas contexebant ex Abra-
hamo Joh. 8. 39. Rom 9. 6, 7, 8. Matth. 3. 9.
Siquidem per sanguines manifestum intelligi
generis dignitatem Joh. 8. 33.

39. Distinctim, de libero arbitrio: neque
ex voluntate carnis. Per quam naturales li-
beri arbitrii vires intelliguntur, Matth. 16. 17.
Hebr. 9. 10. Hebr. 4. 5. estq; secunda nativitas,
que aequè rejicitur, dum nos facit filios iræ
Luc. 18. 9.

40. Et de majorum titulo: neque ex vo-
luntate viri. Quae tertia nativitas propter
majores i. Viri enim intelliguntur homines ce-
lebritate clari Gen. 6. 4. Et tales tunc tem-
poris potissimum erant Pharisei. Sed omnes iste
nativitates rejiciuntur & improbantur in re-
generatione, quia nec heroicis studiis nec operi-
bus illa acquiri potest.

41. Et

41. Et per positionem: sed ex Deo. *Que est vera spiritualis nativitas* Ioh. 3, 2. *Dicit non tantum à Deo fieri, sed etiam ex Deo; quia credentes per hanc regenerationem divina natura consortes redduntur* 2. Pet. 1, 4. *Ut transformentur in eandem Patris cœlestis imaginem* 1. Cor. 3, 18. *Non quidem immediate, sed per aquam & Spiritum* Ioh. 3, 5. *per lavacrum regenerationis* Tit. 3, 5. *per verbum* 1. Cor. 4, 15. *Iac. 1, 18. 1. Pet. 1, 23. ex parte nostra per fidem* Gal. 3, 26.

42. Prædicatum: Nati sunt. *Hoc est adoptati sunt; quod factum per filium* Gal. 3, 4. *Videte igitur, inquit Apostolus, qualem charitatem dederit Pater, ut Dei filii nominemur* 1. Ioh. 3, 1. *Inde Augustinus in medit. c. 15. Omira, semperq; miranda; semper & amanda divina propitiationis benignitas, servi digni non fuimus, & ecce filii DEI facti sumus. Ut discamus tanquam Filii Dei etiam vivere.* Eph. 5, 1. Phil. 2, 14. 1. Pet. 1, 3.

43. Partim conjunctim, de utraque natura, ubi reparatio v. 15. *In quo ejus proponit mysterium, estq; personalis unio, quoad antecedens, & quoad terminum de divina natura tum assumente: & Verbum. Ita est quod hætenus declaratum & probatum, tan-*
 G 2 quam

quam verus Deus in essentia & in personâ, illud est Verbum hypostaticum, quod Galibi vocatur Deus, Rom. 9, 5. Col. 2, 9. Tit. 3, 13. Dominus, Luc. 2, 11. Patri equalis, Ioh. 16, 15. Phil. 2, 6. Unigenitus Dei filius, Es. 9, 6. Rom. 9, 5. Gal. 4, 4. Substantialis imago Patris. Col. 1, 15. Heb. 1, 3. Patris Sapiaentia, Prov. 8, 12. Notandum autem quod Iohannes postea Christum nunquam λόγον appellet in Evangelio, sed vel Iesum, vel Christum, vel Filium hominis postquam dixit verbum caro factum. Verbum verò debuit fieri caro, quia Sapiaentia Patris Prov. 8, 12 & interpres voluntatis Ioh. 18, 2. quia & per Verbum creavit; Ergo & per verbum recreat. Ne, Augustinus lib. 15. de Trin. c. 11. si op9 per eum factum, per alium reformaretur.

44. De humana natura assumta: Caro. Hoc est homo; Non enim angeli, sed semen Abrahae assumpsit Hebr. 3, 16. secundum animam & corpus. Alias uti per animam totus homo intelligitur Ezech. 18, 20. Act. 27, 37. ita per carnem Pl. 65, 3. Es. 40, 5. 49, 26. Ioel. 2, 28. Luc. 3, 6. Quemadmodum enim pueri communicaverunt carni & sanguine, ita & Christus. Nam inquit Fulgentius lib. 1. ad Thras. Sicut totum hominem Diabolus decipiendo percussit, ita Deus totum hominem suscipiendo salvavit. Carnem verò dixit i. ut doceretur λόγον non per-

personam hominis, sed naturam assumpsisse. 2. ut evidentius humana natura exprimeretur. 3. ut innueretur, de imbecillitate assumpta, 4. ut summa *Φιλανθρωπία* innotesceret: quia homo per peccatum amiserat *λόγον*. Incarnari itaque voluit, ut spirituales redderet intellectum, Damascen. l. 2. Thesauri orthodoxæ fidei c. 3. Athanas. l. de incarnat. verbi: Hominem esse oportebat, quia homo peccarat. Unde, inquit Ardens: Redemptio per hominem magis erat conveniens, magis nos inflammans, informans, manifestans, magis nos ad spem erigens: Conveniens, quo sicut homo per inobedientiam peccaverat, per obedientiam satisfaceret; Inflammans, quo ipse tantum nos dilexit, ut homo fieret, & tanta pateretur pro nobis: Informans, quo ipse hujusmodi se dedit ad pacem, humilitatem, ad charitatem, exemplum & magistrum; Manifestans, cum sub forma apparet humana, qui incomprehensibilis erat in divina; Ad spem erigens, ut non dubitarem, nos posse Dei filios manere, cum propter hoc Dei filius sit factus filius hominis.

44. Quoad modum: Factum est. Non per commixtionem seu conversionem, sed per indissolubilem unionem seu participationem Heb. 2. 14. Per substantiæ communionem, Epl. 5. 30. Per inhabitationem Col. 2. 9. Non ver-

sione Divinitatis in carnem, sed assumptione
 humanitatis in Deum, uti Athanasius in Sym-
 bolo loquitur, & Gregor. lib. 16. Epist. 61.
 nō immutando quod erat, sed suscipiendo quod
 non erat. Quomodo? si quæris respondet Bern-
 hardus in vigiliis Nativitatis serm. 1. Nescio.
 Miraris quod nesciam? addit: Tota creatu-
 ra ignorat, habet & Chrysostronus.

46. Et consequens: Et habitavit in nobis.
 Non tam quoad unionem, uti Cyrillus & The-
 ophylactus voluit, quam quoad conversatio-
 nem inter homines tempore exinanitionis; dum
 natus, educatus: ut in nobis idem sit, quod in-
 ter nos, ex Zach. 2, 10. cuius modus latet in voce
 יִשְׁכְּנוּ עִמָּנוּ, dum in exilio, sicut Patriarcha & I-
 sraelita; ut in bello quū milites figunt papiliones,
 inter nos fuit, quandiu fuit in his terris, dum
 semetipsum exinanivit Phil. 2, 7. Factus est ex-
 sul, ut nos in habitaculum transferret. factus est
 dux ut pro nobis triumpharet.

47. Et idiomatum communicatio per ef-
 fectum: Vidimus. Dum etiam imbecillitates
 assumpsit, Phil. 2, 2. Non verò vulgariter, sed
 diligenter, uti habet Epistola 1. Ioh. c. 1, 1.

48. Et objectum, quoad excellentiam &
 Gloriam ejus. Seu majestatem, uti interpreta-
 tur Petrus in prior. c. 1, 16. Quæ vox continet
 omnia dona ipsi communicata, quæ manifesta-
 vit

vit in doctrina, in miraculis, in morte & resur-
 rectione, uti habetur Ioh. 9, 32. Ioh. 20, 30.

49. Quoad differentiam: Gloriam velut
 unigeniti à Patre. Vbi particula velut non est
 similitudinis, sed est cōformitatis, & indubitatae
 veritatis, realis idēitatis, uti Eph. 2, 1. sumitur.

50. Per fructum: Plenum gratia. Et acti-
 vè & passivè. Passivè dum ipse accepit sine men-
 sura Pl. 45, 5. Et activè, quatenus nobis grati-
 am dedit, Rom. 4, 15. Ipse enim est unic⁹ homo
 in gratia. Rom. 5, 15.

51. Et veritate: Quatenus in Mose fuerunt
 tantum umbrae, sed in Christo veritas Eph. 4,
 24. In ipso promissiones omnes rate & firmæ
 2. Cor. 1, 20. Cum ipse sit via & veritas. Ioh.
 14, 6. Et hac bona nobis non per umbras & ty-
 pos uti in V. T. applicamur, sed per organa cor-
 poralia Heb. 10, Col. 2, 17. ut fiamus novi ho-
 mines. Eph. 4, 24.

N O T A E.

I. In principio erat) considera verbum fu-
 isse; ut discas ita fuisse & adhuc dum manere

II. Missus erat) considera ministros non
 currere debere, sed viti; ut discas missionem
 expectare.

III. Mundus non recepit) considera mun-
 di ingratitude; ut discas si vis esse filius
 Dei, ipsum Filium Dei recipere.

CASUS

An sufficiat Latinæ linguæ aliqualis cognitio & concio memoriter recitata?

ITa videtur 1. quia Johannes missus dicitur: non igitur in linguis exercitatus.

2. Quia Jura inveniunt l. 2. C. de crimine sacrilegii. Dubitare, an quis dignus sit, quem celegerit Imperator, sacrilegii interest, & arg. l. 3. C. de diversis Rescriptis.

3. Lutherus suo seculo tantum opifices prefecit ordini Ecclesiastico.

Contra 1. Johannes missus à Deo, qui & ipsum donis miraculosis instituit, ut non major fuerit inter prophetas Matth. 11, 11.

2. Jura requirunt aptos ad vocationem. Gail. l. 1. Obs. 33, 117.

3. Requiritur talis qui antiqua & nova sciat Matth. 13, 52. 2. Timoth. 1, 13. 3, 14, 15, 16. 17.

4. Apostolus Paulus vult ut sit potens secare verbum veritatis 2. Tim. 2, 15. ut possit rationem reddere. Tit. 1, 9.

Ad contraria 1. Fall. Caus. Non legitur, sed tamen colligitur, quia fuit filius Sacerdotis, qui- que Christum cognovit in utero.

Ad 2. jura loquuntur de voluntate Magistratus, non de qualitate personæ.

Ad 3. Fall. Cons. Necessitas excusavit, non probavit.

U
T
l
a
p
i
s
a
d
r
i
v
u
m
p
u
r
i
s
s
i
m
u
m
o
p
t
i
m
u
m
o
r
e
V
e
r
u
s
u
t
r
i
n
q
u
e
s
i
m
u
l
t
e
r
m
i
n
u
s
e
s
s
e
s
o
l
e
t.
S
i
c
i
n
p
r
i
n
c
i
p
i
o
V
e
r
b
u
m
D
e
u
m
i
l
l
u
d
i
d
e
m
q
u
e
S
e
m
p
e
r
a
p
u
d
D
e
u
m
q
u
o
m
n
i
b
i
l
e
s
s
e
t
e
r
a
t.
A
c
e
r
a
t
h
o
c
i
n
p
r
i
n
c
i
p
i
o
q
u
o
m
p
r
o
s
u
s
a
b
e
s
s
e
t
O
m
n
e
q
p
r
i
n
c
i
p
i
u
m
s
e
m
p
e
r
a
p
u
d
D
e
u
m
O
m
n
i
s
q
u
a
q
u
o
n
d
a
m
f
u
i
t
f
a
c
t
a
f
u
e
r
e
p
e
r
i
p
s
u
m
F
a
c
t
a
n
i
b
i
l
f
a
c
t
u
m
q
u
o
s
i
n
e
p
r
o
s
u
s
e
r
a
t.
A
c
e
r
a
t
e
x
i
p
s
o
q
u
o
q
u
e
v
i
t
a
s
e
d
e
n
t
h
e
a
v
i
t
a
L
u
x
e
r
a
t
h
a
c
h
o
m
i
n
u
m
v
i
v
i
f
i
c
a
n
s
q
u
e
v
i
g
o

UT lapis ad rivum purissimus optimus, ore
Verus utrinque simul terminus esse solet.
Sic in principio Verbum Deus, illud idemque
Semper, apudque Deum, quum nihil esset, erat.
Ac erat hoc in principio, quum prorsus abesset
Omneque principium, semper apudque Deum,
Omnia qua quondam sunt facta fuere, per i-

psum

Facta; nihil factum quo sine prorsus erat,
Ac erat ex ipso quoque vita, sed enthea vita:
Lux erat haec hominum vivificansque vigor.
Lux micat in tenebris radiantis, undique splen-

det,

Non homines lucem sustinere tamen.
Ast homo missus erat, Johannes nomine, sicut
Pluribus idem vates praecinere sacri.
Ac is testis erat tantum de luce, per ipsum
Omnia quo certo crederet omnis homo.
Non erat hic ea lux, verum modò phosphorus,
aut si.

Quid minus ante facem solis adesse solet.
Lux erat haec, hominem qua lux illuminat
omnem,

Quivonit in mundi climata natus homo.

Hic

Hic erat in mundo, per eum quoq; factus & ipse,
Noscere sed Dominum noluit ipse suum.
In sua devenit dum propria, nemo recepit :
Acceptus populo non fuit ipse suo.
Quisq; recepit, ei heret quo filius ipse
Sunt data jura Dei, si modo credat ei.
Quem tamen haut sanguis carnisve virive
voluntas,
Sed numen constat progenuisse, tulit.
Nos inter verbum factum Caro: Gloria visa,
Plena fuit vero, numine plena fuit.
Talia STEINBACHIIUS proponit. Talia
pergat!

Nobilis ex rivo gemma lapisq; fluet.
precatur

GUEINZIUS.

Leich wie das leichte Holz schwimmt übers
wasser hin/
Hingegen muß ein Stein tief in der Bach
versinken
Von wegen seiner last: auch also muß ertrinken
In der geheimnis- bach / der durch vernunft und
sinn (das Wort,
Begrüßet / wie zugleich sey Gott und Mensch)
So thut hier Steinbach nicht / Er folgt des Geistes
lehre/

Und schiffet im glauben fort auf dem geheimnis-meere:
Darum versinkt Er nicht, kömmt endlich an den port.
wie zeiget

Melchior Georg aus Schwarzenberg
izo an der grossen Schule zu
Halle der siebende Mitgehülffe.

02 A 572
(1/2)

ULB Halle 3
003 808 483



1017


EVANG.

CHRIST.

HALL.


Q2.C





B.I.G.

Farbkarte #13



DIVITIARUM
ANGELICARUM
FESTIVALIUM

Disquisitio IV

PRÆSIDE

CHRISTIANO GUEINZIO

Gymnasii Hallensis

Rectore

Respondente

FRANCO STEINBACHIO

Annæbergâ-Misn.

IN FORTISSIMO JOHANNIS EVANG.

A. O. R. cl. J. c. III.

HALLIS SAXONUM

in loco Heredum Melchioris

Oelschlegell.

